

Secutus igitur in consilio litteris  
antedictis florentini licet res ad  
exercitum necessarie pro maiori  
parte deficerent in ictu quasi arripuerunt  
inter amicos huiusmodi minime  
requisitis victorioso tamen  
preesente carrocio. Cum autem  
appropinquassent loco quidam nobilis  
romanus civis tunc dominans  
dixit:

Si ex una ex eadem stirpe nati  
pari nobilitate gaudemus amore  
consanguinitas inspecto decet vos  
auribus verba nostra percipere ac  
ea in cordibus figere ne depereant  
ut antiqua fama que ceu sol super  
sydus omne nitescit per nostra  
opera victoriosa virescat et di-  
cant gentes quod licet per longa  
locorum spatia florentia distet  
ab urbe non sunt eius tamen  
attenuate virtutes nec eius debili-  
tata potentia. Cum igitur pisani  
nos in multis graviter offenderent